

peninis, & quidem gravissimis, in quibus periculosa est mora, & accessus ad superiorem est moraliter impossibilis, in talibus casibus licentia obtemperata ab Abbatissa, seu Priorissa est sufficiens. Ita Sanchez in decalog. lib. 6. cap. 26. n. 34. Rodrig. tom. 1. quest. 46. art. 2. Azor tom. 1. lib. 13. cap. 8. quest. 8. Pellizar. 2. tract. 10. cap. 5. sect. 3. num. 164.

Sanchez. Rodrig. Azor. Pellizar.

RESOLUTIO XXIII.

Confessoris Regularis Approbatio.

QUESTIO PRIMA.

Confessores Regulares quamvis accipiant jurisdictionem a Papa, indigent approbatione Episcopi.

SUMMARIUM.

- 1 Et si antiquitus Religiosi secularium confessiones sine approbatione Episcopi audirent, hodie post Tridentinum non possunt.
2 Religiosi talem jurisdictionem accipiunt a Papa.
3 Episcopus in approbandis Religiosis habet se tanquam delegatus a Papa.

Bened. IV.

Clem. V.

Trident.

Urb. VIII.

Lezana.

Incipit antiquitus tempore Bonifacii VIII. in extravag. qua incipit Super Cathedram, ipse concessit Regularibus facultatem, ut tantummodo a suis Prælati presentati Episcopis secularium confessiones possent audire, & ulterius tempora Benedicti IX. in alia sua extravaganti, & incipit. Inter cunctas, de privilegiis, etiam sine presentatione, aut alia licentia Episcoporum concessit posse Regulares audire secularium confessiones; tempore tamen Clementis V. in Concilio Viennensi, in Clementina, qua incipit: Dudum, de sepulchris, revocatum fuerit prædictum Decretum Benedicti; & renovatum illud antiquum Bonifacii: tamen hodie post Concilium Trident. ad hoc ut Religiosi audire possint secularium confessiones indigent presentatione, & approbatione Episcoporum, sic ait Concilium sess. 23. cap. 15. Decernit sancta Synodus, nullum etiam Regularem posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum audire, neque ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur, & approbationem, qua gratis detur, obrineat: Et cum postea emanaverit aliquibus Religiosis indultum audiendi confessiones secularium absque prævio ordinarii examine, Urbanus VIII. in sua Bulla anno 1628. qua est apud Bullarium tom. 4. constituit hujus Pontificis 92. cassavit, annullavit & revocavit omnia, & singula talia privilegia cuicumque Religioni concessa, ut observat Lezana tom. 1. cap. 19. num. 2.

Cum hoc tamen stat, quod in ipsa approbatione ad audiendas confessiones aliter se ha-

bent Religiosi, ac Sacerdotes seculares; nam Sacerdotes seculares accipiunt jurisdictionem ab Episcopo, ut a suo Prælato, at Religiosi cum immediatè subjiciantur Romano Pontifici ab ipso accipiunt jurisdictionem: approbatio autem Episcopi tanquam testimonium dantis, ac sententiam proferentis de sufficientia, habilitate, ac scientia talis religiosi requiritur. Ita Navar. in summa, cap. 27. num. 264. Navar. & sequentibus. Suar. de penitent. disp. 28. sect. 5. Suar. num. 11. & tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 9. cap. 2. num. 3. Vasquez tom. 4. de penitent. quest. 93. art. 3. dub. 5. num. 3. & 4. Henriquez lib. 6. de penit. cap. 6. num. 4. 6. & 8. & lib. 7. de indulg. cap. 28. Veiga in summa, tom. 1. cap. 62. casu 4. Rodrig. tom. 1. Regul. quest. 59. art. 2. & 4. Ledesma tom. 2. summa, cap. 13. circa finem, dub. 1. 6. Esta dnda, Crux lib. 2. de privileg. cap. 6. dub. 4. conclus. 3. F. Louis Lopez 2. part. instrum. etorij, quest. 17. de clavib. cap. 8. §. 2. & 4. Fagund. gund. præcept. 2. Eccles. lib. 7. cap. 2. num. 8. Pellizar. tom. 2. tract. 8. cap. 3. sect. 2. num. 9. Bordon. tom. 1. Resol. 36. num. 32.

Habent ergo Religiosi jurisdictionem ad audiendas confessiones a Summo Pontifice, ut constat ex Clementina, Dudum de sepulchris, ut latius dicam quæst. sequenti, & Episcopus tanquam delegatus a Sede Apostolica dat testimonium de eorum sufficientia, probitate, ac habilitate.

QUESTIO II.

An regulares sufficientes, & idonei Episcopo presentati, si absque justa causa non fuerint ab eo admissi, & approbati, licite, & valide possint confessiones audire?

SUMMARIUM.

- 4 Prima sententia negat validas esse.
5 Secunda, & vera affirmat.
6 Qua probatur ex Clementina, & multis, & num. 7.
8 Objectiones opposita contra Carmelitas, & Augustinianos.
9 Quatuor ordines mendicantes equaliter habent a jure.
10 Alia Religiones ex privilegiis tanquam ex jure, & n. 11. & 12.

Negant validas esse confessiones, quamvis dicant Episcopum peccare, Suar. tom. 4. de penitent. disp. 28. sect. 5. num. 13. Vasq. tom. 4. de penit. quest. 93. art. 3. dub. 3. num. 2. Lugo de penit. disput. 21. n. 52. fol. 509. Coninch. disp. 8. dub. 7. num. 257. Reginald. tom. 1. lib. 1. cap. 16. num. 192. Filiucius tom. 1. tract. 7. num. 257. Barbosa in collectanea ad Clement. Dudum, num. 8. Sancius in selectis, disp. 48. num. 16. Sylvius in additionibus ad 3. part. quest. 8. art. 5. quest. 4. Pirigianus distinct. 17. quest. unic. art. 4. dub. 4. Trullench. in expositione Bulla, lib. 1. §. 1. cap. 1. dubio 8.

Alii è contra affirmant eo ipso tales Religiosos

Suar.

Vasquez.

Lugo.

Coninch.

Filiuc.

5

Navar. Henrig. Cloffa. Rodrig.

Sotus.

Clemeur.

Navar.

Palau.

Trident.

Clementin.

8

giosos esse approbatos. Ita docet Navar. in Manuali cap. 27. num. 264. & 265. Henriquez lib. 6. cap. 6. num. 4. Glossa in Clementina dudum de sepulchris. Rodriguez in additionibus ad Bullam §. 9. num. 30. & tom. 1. de regul. quest. 51. art. 2. & 10. Sotus, Angelus, Graffius, Cenedo, Palatius, Sylvester, & Alex quos citat, & sequitur Fagundez præcept. 2. lib. 7. c. 2. n. 15. Miranda in Manuali Pralat. tom. 1. q. 4. art. 6. Joan. de Cruce in epitome lib. 2. cap. 6. dub. 1. Villalobos tom. 1. tract. 1. diff. 53. n. 3. Cochier de jurisdict. ordin. in exempt. part. 77. Layman. lib. 5. tract. 6. c. 11. u. 4. Finellus de casibus reservatis c. 3. n. 3. Peyrinus de Religioso subdito tom. 1. q. 1. cap. 2. §. 2. Lezana tom. 1. quest. Regul. cap. 19. num. 3. Lopez cap. 8. de bulla pag. mibi 822. Vivoldus, tom. 1. de absolution. n. 28. Ludovicus à Cruce. quest. 11. Thomas Hurtado tom. 2. tract. 12. c. 1. Caltrus Palau part. 3. tract. 23. disp. unica, punct. 15. §. 3. num. 2. & 9. Pellizar. tom. 2. tract. 8. cap. 3. num. 26. M. Fr. Anton. ab Spiritu sancto direct. regul. tract. 2. disp. 3. sect. 1. num. 6. & directorio confessorior. tract. 5. disp. 13. sect. 7. & æque probable judicat Leand. de penit. disp. 11. quest. 83.

6. Probatur ex ipsa Clementina Dudum de sepulchris, §. si verò, ubi expressè ex plenitudine potestatis Pontificia approbantur Regulares ipso facto presentati Episcopis, si absque legitima causa, sed ex malevolentia, ac odio rejiciantur, & reprobenentur; Atqui tale Decretum non fuit derogatum per Concilium Tridentinum, tum quia Clementina ponitur, ac citatur ad marginem ipsius Concilli, tanquam si ipsam Concilium respiciat, ad ipsamque referatur; tum quia in hoc casu Concilium non videtur procedere, ut observat Navar. cit. Videtur enim alienum à sanctitate ac justitia Concilli, quod intendat favere odio, ac malevolentia Episcopi, si detur, quod absit, contra Religiosos. Tertio, quia privilegium jure communi insertum, indiget speciali derogatione, ut dicam ad finem questionis. Quarto, quia privilegium concessum in Clementina Dudum, loquitur in causa speciali. Tridentinum verò generaliter, quando autem lex generaliter loquitur, non derogat speciali, cujus expressam non facit mentionem, ut multis probat Palau citat. n. 9.

7. Probatur etiam ratione, quia approbatio Episcopi, non est, nec favor, nec gratia, sed quedam judicialis declaratio, qua se habet tanquam judicialis sententia ex justitia; ergo talis sententia iniquè, & sine causa denegata invalida est; nam finis Tridentini ad exigendam approbationem Episcopi est, ne quis indignus admittatur; at si constat quod presentatus est dignus, & sufficiens, contra mentem Tridentini rejicitur, & inde militat dispositio citatæ Clementina Dudum, & ipso jure est approbatus.

8. Dices tamen, quod licet Clementina Dudum, non sit derogata per Concilium Trid. adhuc non præcedit omnibus Mendicantibus, nec omnibus Religiosis, sed tantum Fratibus Prædicatoribus, ac Minoribus; nam eis tantum est concessa, & de illis tantum agitur, cæteris autem Mendicantibus, ac Religiosis facultas non ex jure competit, ex ipsa Clementina, sed

ex privilegio communicationem, ac proinde talis facultas videtur sublata per Tridentinum.

Occasione hujus argumenti aliqui Auctores, ut Concetes, rcs, ut Concetes, Bassans verb. confessor. 3. Bassans. num. 8. tenent, quod illa facultas concessa in prædicta Clementina solum comprehendat Minores, & Prædicatores, ac proinde quod solum eis competat hæc facultas ex jure. Tamen hi Auctores aperte decepti sunt, quantum ad Carmelitas, & Augustinianos; nam totam ipsam facultatem concessam Minoribus ac Prædicatoribus in ipsa Clementina Dudum concedit Joannes XXI. Carmelitanis, & Joan. XXI Augustinianis in extravaganti: Freqenti de judiciis, ut jam dixi in lectione de legibus anno 1632. & cum Rodriguez, & Joanne à Rodrig. Cruce notarunt Thomas Hurtado part. 2. Cruce. tract. 12. cap. 1. num. 1887. & sicut Clementina est de corpore juris, sic eodem modo; ac æqualiter prædicta extravagantis est etiam de corpore juris, ut cum Rodriguez notant idem Hurtado citatus num. 1892. & Fr. Antonius ab Spiritu sancto in directorio confessorum tr. 5. disp. 13. sect. 7. num. 872. ac proinde quoad quatuor Mendicantes privilegium est de corpore juris.

De aliis verò Religiosis dicendum est, quod prædicta privilegia habentur à quatuor prædictis ordinibus per communicationem, & quamvis eorum privilegia fuerint derogata per Concilium Tridentinum, que usque tunc concessa erant, postea tamen per multos Summos Pontifices fuerunt denuò concessa, ac proinde rectè gaudent dicto privilegio Clementina Dudum, ac prædicta extravagantis, ut notat Thomas Hurtado citatus, n. 1893.

Infuper addo, quod privilegia Religionum, cum non sint concessa uni vel alteri personæ, sed toti Religioni, ac communitati, æqui parantur legi, ac perinde habentur, ac si essent in corpore juris inserta, talique conditione gaudent, ut probat Oltradus consil. 400 n. 4. Henrig. vers. Considerandum est. Henriquez post alios lib. 7. de indulg. cap. 22. num. 3. & cap. 24. n. 4. Sanchez lib. 8. de Matrim. disp. 1. num. 13. Suar. lib. 8. de leg. cap. 17. num. 7. Salas disput. 20. de leg. sect. 10. num. 90. §. sexto limitatur, Bonac. disp. 1. de leg. quest. 3. punct. 4. §. 1. n. 5.

Tandem privilegia Regularium saltem ex magna parte concessa sunt illis in præmium laborum, quos passi sunt, & quotidie patiuntur prædicatione, ac doctrina Evangelica, proque sanctæ Romane Ecclesie defensione, ejusque augmento, & animarum salute, ut ipsi Summi Pontifices testantur in suis diplomatibus, Peirinis tom. 1. privileg. Minor. inconstitut. 26. Leon X. num. 2. & tom. 3. cap. 4. in Adramenis de consil. ejusdem Leonis n. 24. Privilegium autem remuneratorium non revocatur per clausulas communes, & generales & cum Abbate, Felino, Bartol. Alexan. Abbas. dro, Oltrado Tiraquel. & aliis tenet Suarez Felin. lib. 8. de leg. cap. 37. num. 6. & idem habet Lezana in consiliis, consil. 40. n. 101.

Dices contra: Inter propositiones damnatas ab Alexandro septimo die 2. Octobris anno 1665. Propositio decimatercia ita habet: Satisfacit præcepto annua confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo presentato, sed ab eo infusè

9.

10.

12.

Oltradus.

Henrig.

Sanchez.

Suar.

Salas.

Bonacina.

Peirin.

Felin.

infusè

injuste reprobata. Ergo injuste reprobatus non valide audit confessiones. Respondet quod Pontifex ait, quod ille, qui cum tali confessario injuste reprobato confiteatur, non satisfacit praecepto; non tamen ait, quod ipsa confessio sit invalida: nam bene stat, quod actus sit validus, & tamen non satisfacit praecepto; verbi gratia, qui non est de familia Marchionis, & in die Dominica, in ejus Oratorio audit sacrum, revera audit sacrum, & non satisfacit praecepto: qui in Quadragesima communicat in Ecclesia Carmelitana, verè communicat, & non satisfacit praecepto, cum non sit in propria Parochia.

QUAESTIO III.

An possit Episcopus approbare Regulares cum limitatione temporis, loci, personarum, virorum nempe, & non mulierum, vel è contra?

SUMMARIUM.

- 13 Prima sententia affirmat, quod talis limitatio etiam sine causa; observanda sit.
14 Secunda sententia, & vera tenet talem limitationem esse invalidam.
15 Qua sententia maximè probatur, & confirmatur, & n. 16.
17 In tali limitatione sine causa graviter delinquit Episcopus.

Mendo. Trullench. Torrellian. Lugo.

Quaestio in praesentiarum procedit, quando ordinarius absque alia justa causa tales limitationes, verbi gratia unius anni, virorum non mulierum, hujus oppidi, non illius apponit, & quod illa limitatio sit tenenda, & observanda, tenent Mendo in Bulla, disp. 22. cap. 3. num. 54. 55. Trullench. lib. 1. §. 7. dub. 7. num. 4. Torrellian. lib. 2. §. 1. cap. 3. num. 16. Lugo de poenit. disp. 21. sect. 3. §. 1. n. 57. Quamvis dicat quod hoc sit grave onus imponere Religiosis, tamen sive iuste, sive injuste in praxi observandum, & citat pro se Lugo. Navarrum, in summa cap. 4. n. 10. & 12. Suar. disp. 28. sect. 7. num. 19. Vasq. de poenit. quest. 9. art. 3. dub. 5. num. 4. Fagund. praecip. 2. lib. 7. cap. 2. num. 1. & Dianam part. 3. tract. 2. resol. 25. Sed non multum apponit, ut legenti patebit: Suar, Fagundez, Diana loquuntur iusta interveniente causa ad talem limitationem apponendam.

S. Congreg. Peccin.

Secunda, & vera sententia tenet, quod Episcopus sine justa causa ad confessionem pertinente non potest approbare regulares cum limitatione temporis, loci, ac personarum, ita definit Sacra Congregatio, ut testatur Peirinus de subdito quest. 1. cap. 21. §. 2. Miranda part. 1. quest. 45. art. 10. M. Lezana tom. 1. cap. 19. num. 8. & Pellizar tom. 2. tract. 8. cap. 3. sect. 2. num. 28. fol. mibi 263. Ita habet sacra Congregatio die 20. Novembris 1615. Regulares, qui ad audiendas confessiones idonei generaliter ab ordinariis eorumque examinato-ribus reperiuntur, & approbati fuerint, generaliter

quoque, & in fine, absque ulla limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum admittantur in propria dioecesi; de ceteris vero, qui non adeo idonei reperiuntur, si peccaverint se admitti arbitrio ordinariorum relinquuntur ipsos cum limitata facultate, prout eisdem ordinariis magis expedire videbitur probare, & admittere.

Hanc nostram sententiam tenent Henricquez lib. 3. de poenit. cap. 6. num. 5. & 9. Rodrig. in quest. Regul. quest. 59. art. 2. & in Additionibus ad Bullam Cruciatam, §. 9. n. 30. Navarr. in manuali, cap. 27. num. 264. in fine M. Lezana tom. 1. cap. 19. num. 8. Portel. in dub. Regular. verb. Confessor Regularis, cuiusque praesentatio, Sotus in 4. dist. 18. quest. 4. art. 3. Veiga in sum. tom. 1. cap. 62. caso 7. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 9. diff. 3. num. 3. Layman. in Theolog. Morali, lib. 4. tract. 6. cap. 11. num. 4. Cochier de iurisd. ordinari. in exempt. part. 4. quest. 77. Finellius de casib. reservat. cap. 3. n. 3. Peirinus proximè citatus, Joann. de la Crux lib. 2. cap. 6. dub. 1. Graffius, Angelus, Cenedus, quos citat, & sequitur Fagundez praecip. lib. 7. cap. 2. num. 15. 16. & 17. Bossius de triplici Jubilaei privileg. sect. 3. caso 2. §. 1. num. 22. Delbene tom. 2. cap. 14. dub. 18. sect. 11. n. 3. Joannes Praepositus in 3. part. de Sacram. poenitenti. quest. 8. dub. 3. num. 17. Pasqualigus decis. 500. num. 2. Bassaeus verb. Confessor, 3. num. 12. Collotius de Hierarchia lib. 5. cap. 25. Zambellus in reperi- torio Morali, verb. Confessor quoad auctorita-tem, Diana 3. part. tract. 2. Resol. 24. & part. 4. tract. 4. resol. 200. M. Fr. Anton. ab Spiritu sancto tam in directorio Regular. tract. 2. disp. 3. sect. 1. n. 7. Rom. in direct. Confess. tract. 5. disp. 13. sect. 9. §. Dico secundò. Leandrus tract. 5. de Sa- cram. poenit. quest. 84. Qui omnes docent, quod si Episcopi absque justa causa eisdem Regularibus concedat approbationem limitatam usque ad tempus, vel beneplacitum, praedicti Regulares non tenentur talia observare, sed elapso tempore, vel mortuo Episcopo non indigent nova approbatione, quod etiam declaravit Clemens X. die 2. Augusti in sua Bulla suprema Magni Paris. Quod Religiosi suffi- cientes non debeant approbari cum limita- tione.

Quod rectè probat Angelus Bossius ex Emmanuele Rodriguez, quia privilegium Clementinae, §. si vero, concessum est Regularibus ad reservandam quorundam Episcoporum duritiam, ne ab ipsis ordinariis loco- rum injustè molestentur, ac vexentur, cum sine causa, approbatione negata ipso jure sint absolute approbari, ergo sicut negata licentia in toto, sunt ipso jure approbat absolute, sic etiam negata licentia in parte, verbi gratia ad mulieres, vel ad longum tempus decem annorum, sunt ipso jure approbari.

Confirmatur, quia solus ille, qui dat jurisdictionem, potest eam coarctare, ac limitare, sed regularibus non Episcopus, sed solus Papa dat jurisdictionem, ut dixi quest. 1. ergo solus Papa & non Episcopus, eam potest coarctare, ac limitare. Episcopo autem tantum datur, ut per examen judicet de bona sufficientia, qua cognita non potest iuste negare approbationem, quae in citata Clemen-

Henric. Rodrig.

Navarr.

Bossius. Rodrig.

17

Trident.

18.

tina datur. Nec obstat Concilium Tridentinum, quia Sacrum Concilium requirit approbationem, iuste datam, & non inique negatam: nam Concilium non faverit iniquitati. Notant tamen Lugo de poenit. disp. 21. sect. 3. §. 1. n. 57. Diana p. 6. tract. 7. q. 61. Quod Episcopus sine justa causa dans approbationem limitatam graviter delinquit contra suam conscientiam, & facit injuriam grandem Religioso, ac proinde exilimo mortaliter peccare, agit enim in re gravi contra obligationem sui muneris.

QUAESTIO IV.

An interveniente justa causa possit Episcopus limitare approbationem Regularis quoad tempus, & loca, & agitur, quanam sit haec justa causa?

SUMMARIUM.

- 19 Quos Lugo citat pro parte negante.
20 Ex causa bene potest Episcopus limitare.
21 Juxta aliquos Doctores assignantur varia causa.
22 Defectus aetatis non est sufficiens causa.
23 Nec levis suspicio de moribus.
24 Justa causa insufficientia in litteris, ac examine.

Lugo. Henric. Villalobos.

20.

licet Cardinalis Lugo de Poenitenti. disp. 21. sect. 3. n. 56. citat pro parte negante Henricquez, Villalobos, Portel. Veigam; tamen si recte, & attente legantur, ipsi non discrepant à communi sententia.

Conc. Later.

Trident.

Henric. Lezana. Suar. Miranda. Fagund. Filliuc. Valquez.

Lugo. Fagundez. Diana. Suar.

Vera, & certissima sententia est, quod Episcopus interveniente vera, & justa causa, potest approbare Regulares cum limitatione quoad tempus. Haec resolutio fit manifesta ex declaratione S. Congregationis, quam retuli superiori quest. n. 14. & M. Lezana in mari magno Servitar. n. 55. §. Maxime notandum, refert alias declarationes Cardinalium, quibus mandatur Episcopis, ut Religiosi idonei absolute approbentur, & non cum limitatione temporis. Probatur etiam ex Bulla Leonis X. in Concilio Lateranensi die 19. Decemb. 1516. in qua disponitur, quod Religiosi per Episcopos, & Praelatos super sufficientiam litterarum possint examinari. Et Concil. Trident. sess. 3. c. 15. de reform. quo ab Episcopis si illis videbitur necessarium per examen, vel aliis idoneis judicetur, ad quid ergo requiritur examen, nisi ut fiat iudicium de scientia litterarum, ergo juxta illius cognitionem potest Episcopus approbare, reprobare, vel limitare. Ita Auctores superiori q. citati. Ita Henric. Lezana, Suar Miranda, Fagundez, Filliucius, Valquez, Petigian. Sanchez, Reginald. Fernandez, quos citant, ac sequuntur Delbene tom. 2. c. 14. dub. 18. sect. 11. §. 3. Diana 3. p. tract. 2. resol. 24. Pasqual. tom. 1. decis. 500. Trullench. praxi Sacram. 9. dub. 7. n. 7. Dicaill. disp. 10. n. 279 & 289.

Causa sufficiens ad talem limitationem adhibendam dicunt Lugo, Fagund Diana cum Suar, de poenit. disp. 28. sect. 7. n. 9. est insufficientia in scientia, vel mala suspicio in moribus.

bus, ut major de illis experientia, tractu temporis detur, aut defectus in aetate.

Imprimis defectus aetatis non est sufficiens causa ad limitandam approbationem, quia ut ait Villalob. in summa tom. 1. tract. 9. diff. 3. n. 2. Non enim est expectandus in Regularibus quadragesimus annus ad audiendas mulierum Confessiones: nam saepe Episcopus dat beneficium Parochiale Clerico habenti in aetate vigesimumquintum annum, & inde ipse probatus est ad audiendas mulierum Confessiones. Insuper addo, quod saepe Episcopus datur Clerico aetatis triginta trium annorum, cur ergo in tali aetate neganda est facultas Religioso ad audiendas mulierum Confessiones, cum ipse sub strictiore disciplina, ac multo magis riguroso vivendi modo.

Nec quilibet levis suspicio de moribus est sufficiens ad talem limitationem, quia unusquisque semper praesumitur bonus, nisi probetur malus. Ac proinde dum prudenter nihil mali timet de tali Religioso, debet approbationi Praelati illius Religiosi, quoad mores, & vitam acquiescere ejusque testimonio se conformare Episcopus. At verò si Episcopus magno fundamento dubitat, de honestate, ac probitate talis Religiosi, tunc non solum potest approbationem limitare, sed etiam absolute negare, hoc enim maxime spectat ad munus Episcopale, ut è suis ovibus arceat omne nocentium, & damnatum.

Iusta, & legitima causa est insufficientia scientiae: nam cum Concilium Tridentinum requirit examen, hoc est ut communiter intelligitur de scientia, ac proinde si Episcopus eum parum scientem invenit, bene potest cum limitatione approbare, ut magis det operam litteris, & sapientior, & habilior fiat. Unde facto, & approbato bono examine infert Leandrus citatus tract. 5. disp. 11. q. 85. Si Episcopus postea limitet licentiam: ut scilicet non audiat mulieres usque ad quadragesimum annum: vel non audiat in tali loco, vel nisi per annum, &c. non est necesse servare talem limitationem.

QUAESTIO V.

Utrum Episcopus possit simul privare omnes Confessarios unius, vel plurium Conventuum à facultate audiendi Confessiones?

SUMMARIUM.

- 25 Episcopus non potest omnes Confessarios unius vel plurium Conventuum simul revocare, & revocatio est nulla.
26 Auctores praedicta sententia asserentes nullam scrupulum in transgressione.
27 Non potest Episcopus revocare non consulta Congregatione.
28 Et hoc nullaratione fieri potest.
29 In quadam controversia refertur alia declaratio anni 1645.
30 Univerfa communitas non est condemnanda pro crimine unius vel alterius.

22.

Villalobos.

23.

24.

Leandrus.